



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



## AD LECTOREM.

**E**X Augustissima illa Monacensi Bibliotheca Serenissimi Principis Bauariae habui codicem m. s. in quo Libri quatuor gestorum Caroli Magni, nullius auctoris nomine appposito. Primus, purus putus Eginhardus est. Secundus, Annales (nec tamen integri) qui cum aliis editi, tum à Iusto Reubero, sub titulo cuiusdam Astronomi, Ludouici Regis domestici. Reliqui duo postremi, quod mihi constet, lucem adhuc non aspexere: neque satis constituo an ea digni: etsi in eam partem inclino, & mecum Nobilis & Amplissimus Vellerus, ut existimemus. Auctor antiquus certe est, Monachus S. Galli, uti quibusdam locis ipse ostendit, lib. 1. c. 32. & 36. Scripsit ipsius Caroli iussu ad Carolum Crassum Imp. filium Ludouici Regis Germaniae, nepotem Ludouici Pij, pronepotem Caroli Magni: quod ex lib. 1. c. 20. 32. lib. 2. cap. 14. 15. 25. 26. 28. colligo. Eodemque 15. capite Abbatis olim Hart. meminit, tunc temporis inclusi. Sicutus lib. 5. cap. 5. Hartmutum anno 872. siue 883. siue sequenti regnasse scribit. Stilus licet humilis & abiectus & historia ipsa non nunquam fabulis aspersa sit, tamen ea insunt, quae memoriam omnis posteritatis merentur. Pithecius quidem dignum censuit, ex quo fragmentum Legibus Karolinis inter omnia sub finem assueret. Idemque Illustrissimus Baronius & doctissimus Iacobus Gretserus tom. 1. lib. 2. de Cruce cap. 52. citaret. Lib. 1. cap. 8. auctor Gallum vocat Dominum suum. cap. 11. & 36. se Teutonicum esse ostendit. Et lib. 2. cap. 16. promittit se plura de Carolo M. scripturum: quod an praestiterit, nobis incertum est. lib. 2. cap. 26. testatur se iam senio grauem & edentulum hos libros scripsisse.

SANGAL.